



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 54. Monansteriensis Synodi Diœcesanæ decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. suorum, & triaden dissertationum cri-  
A. C. 1718. ticarum.

## §. LIV.

*Monasteriensis Synodi Diæcesana  
decreta.*

*Concil. Germ.* Anno hujus sæculi decimo octavo Fran-  
t. 10. p. 387. ciscus Arnoldus de Metternich Mo-  
nasteriensis Episcopus in Autumno die  
septima Octobris Diæcesanam habuit  
Synodus, in qua prohibuit, ne adul-  
torum sepulturæ in diem Dominicum  
& festivum differantur, si alio feriato  
die commode peragi possunt: incuba-  
bat etiam cunctis suæ Diæcesis Paro-  
chis ac Curatis gravem obligationem,  
qua obstricti sunt, ut singulis Domini-  
cis, festisque diebus pro commissione  
grege S. Missæ Sacrificium offerant.

## §. LV.

*Cardinalis Noaillii mala fides erga  
summum Pontificem.*

*Vid. supra* Cum Cardinalis Noaillius, ceterique  
*pag. 547.* Opponentes haud ignorarent, quod  
*Lafteau hist.* Pontifex per suum Nuntium a Cardi-  
*de la Const.* nalibus Rohanio & Bisyo certior fieri  
*i. 4. pag. 82.* postularit, utrum transumptum illud,  
*& seqq.* in quo doctrinæ capita Romam trans-  
missa continebantur, exakte suo au-  
to grapho